

ncipit. Officium Beate
Marię virginis ſecundū
conſuetudinem Romanę
Curię. Ad matutias. V.

Domine labia mea aperies. R.
Et os meum anunciabit laudem tuam. V.
Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuuadum me feſtiā

Gloria pri et filio et ſpiritui
ſcto. Sicut erat in princi
pio. et nunc et ſemper. et in
ſecula ſeculorum. Amen.
Alleluia. E dicitur a Paſca
reſurrectionis uſq ad Se
ptuageſimam. et a Septua
geſima uſq ad Paſca. dr.
Laus tibi domine rex eter
ne glorie. Inuitatorium.
Ave maria gracia plena.
Dominus tecum. Et repetit.
Venite exultemus
domino iubilemus
deo ſalutari nro pre
ocupemus faciem eius in
confeſſione. et in pſalmis

iubilemus ei. Aue maria gr
cia plena dominus tecum.
Quoniam deuſ magnus
dominuſ. et rex magnus
ſuper omnes deos. quoniā no
repellit dominuſ plebē ſua
quia in manu eius ſunt om
nes fineſ terre. et altitudiēs
moncium ipe conſpicit.
Dominuſ tecum. Quonia
ipſius eſt mare et ipſe fecit
illud. et aridam fundaue
runt manus eius. uenite
adoremuſ et procidamus
ante deum. ploremus co
ram domino qui fecit noſ
Quia ipſe eſt dominus